Totus autē terre ambitus auctoritate Ambrosii / Macrobij / Theodosii / et Eu-  
ristenis philosophorum. 252000. stadia cōtinere diffinitur. Unicuique quidē. 360  
graduū zodiaci septingēta deputando terre stadia. Supto enim astrolabio in  
stellate noctis claritate per vtrūque medicliuii foramen polo perspecto: notetur  
graduū multitudo in qua steterit medicliuiū supra orizontē. deinde pcedat  
cosmimetra directe contra septētrionem a meridie donec in alterius noctis  
claritate viso vt prius polo steterit altius vno gradu medicliuium. post hoc  
mensus sit huius itineris spaciū et inuenietur. 700. stadiorum. Datis igitur  
unicuique. 360. graduū tot stadiis terreni orbis ambitus. 252000. stadiorum in-  
uentus erit. Hic autē stadiorum numerus per medium diuisus. 126000. sta-  
dia ab oriente in occidentem in terra distāciam ostēdet. Ex his etiam iuxta  
circuli et dyametri regulā terre dyameter sic inueniri poterit. aufer vicesimā  
secūdam partem hoc est. 11454. stadia et semis de circuitu terre. et summe re-  
manentis scilicet. 240545. stadiorum et semis tertia pars: videlicet. 80181. stadia  
et semis et tertia vnius stadii erit terreni orbis dyameter siue spissitudo. ¶  
Quem numerum per medium qui diuiserit a superficie terre vsque ad centrū  
vbi sunt inferi distāciam. 40090. stadia et tres fere quartas vnius stadii re-  
periet. Aliorum vero elementorum periferie et dyametri per continuam am-  
bitus et dyametri terre decuplationem inuenientur.

¶ Hic vltimo incidentaliter dicit de quantitate terre et aliorum elementorum. supra enim duo di-  
xerat: primū est terram pre nimia eius quantitate planam hominū visui apparere: secūndum fuit  
terram in comparatione celi velut punctū et nullius quantitatē esse. nunc igitur quasi hec duo  
concordare volens absolutam terre quantitatē et ex cōsequētis aliorum elementorum demō-  
strat. duo ergo facit primo dicit de quantitate terre. secundo de quantitatibus aliorum trium  
elementorum ibi. aliorum vero. Quantitatē terre dupliciter ostēdit primo quo ad ambitum  
vel circulum. secūdo quo ad dyametrum seu spissitudinem ibi. ex his etiam. Circa primū duo  
facit primo dicit de mensura totius ambitus terre. secundo dicit de distācia ab oriente vsque  
ad occidentem id est a principio indie vsque ad fines hispanie ibi. hic autem. In mēsuranda quā-  
titate terre quo ad totum ambitum sic procedit. primo ponit conclusionem que talis est quod ter-  
ra in circuitu vel ambitu per maiorem circulum mēsurata scōm intentionē Ambrosij Macrobij  
Theodosij et Euristenis vel forte Erastotenis qui fuerunt magni geographi et philosophi  
252000. stadia habet. que sūt. 31500. miliaria romana. aut. 15750. leuce galice. et. 10500. leuce  
hispanice. Scōo ibi. unicuique. ponit autē ad dictā cōclusionē et arguit sic unicuique gradui celi  
per circulum magnū scilicet zodiacum vel aliquem alium accepto correspondens in terra septin-  
gens stadia eidem directe supposita. ergo et toti circulo maiori in celo correspondens et sub-  
positus circulus maior in terra habebit. 252000. stadia. consequentia patet quia omnes gra-  
dus eiusdem circuli sunt equales et cum sint precise. 360. secundum omnes astrologos per  
multiplicationē. 360. per. 700. puenient. 252000. Tercio ibi. supra enim. ponit probationē antecē-



### Capitulum primum

dentis et probatur sic per experientiam. Sumatur astrolabium quod est instrumentum quoddam astrologorum circulare et planum in cuius una superficie que dicitur dorsum astrolabii est regula que dam mobilis que arabice dicitur allidada latine vero mediclinium quia per medium astrolabii transit et ipsum in duo media dividit et hac regula gradus celi in margine astrolabii notantur in cuius quidem regule extremitatibus sunt due tabelle erecte singula aut bina habentes foramina diametraliter sibi opposita. per que utriusque tabelle foramina sol et stelle ab astrologis aspiciuntur ad cognoscendas earum altitudines id est elevationes super horizontem. Super itaque hoc astrolabio in certa civitate aliqua serena et stellata nocte eoque ex pollice manus libere pendente per utrumque mediclinii foramen iam dictum elevando vel deprimendo regulam quousque oporteat inspiciatur polus id est illa stella propinquissima polo que nobis immobilis apparet quam supra diximus stellam maris. Polo igitur sic perspecto notetur numerus graduum ab horizonte usque ad regulam per marginem astrolabii sitque ille numerus verbi gratia quinquaginta octo gradus sicut invenitur parisiis per tot enim gradus supra tracta dicta stella apparet ibi elevata. Post hoc procedat ille qui mensurare vult terram (qui et dicitur cosmimetra) directe contra septentrionem id est contra dictam stellam a prioris civitate recedendo quousque veniat ad aliquam aliam civitatem ubi viso iterum ut prius polo per astrolabium inveniat mediclinium uno gradu altius super horizontem scilicet quadraginta novem gradibus. Tunc autem zenit huius civitatis distat a zenit prime per unum gradum celi. et sic proportionaliter scilicet civitas distat a prima per unum gradum terre qui correspondet et directe supponit unum gradum in celo per circulum maiorum accepto. si igitur huius itineris spacium geometricis instrumentis (que sunt astrolabium quadrans/chylindrum/torquetum. et multa huiusmodi) recta linea mensuretur: invenietur continere septingenta stadia terre igitur antecedens erat verum quod unum gradum circuli maioris in celo respondet septingenta terre stadia.

¶ Pro declaratione predictae conclusionis notandum primo quod propter diversitatem mensurarum que apud diversas nationes reperitur magne confusiones oriuntur sicut et propter diversitates monetarum: ideo geometre ad confusionem tollendam quasdam omnibus communis mensuras repererunt eisque semper in mensurando utuntur et sunt iste que sequuntur. granum/digitus/palmus/pes/cubitus/passus/stadium/miliare. Hec autem mensure ex se invicem componuntur quatuor enim grana ordei latitudinaliter iuncta faciunt digitum. quatuor digiti palmum. quatuor palmi pedem. pes cum duabus terciis cubitum. tres cubiti vel quinque pedes passum. centum viginti quinque passus sunt stadium. quod ut quidam aliter sic dicitur quod per tot passus currebat hercules sine respiratione et aspiratione et tunc stare cogebatur. Octo stadia faciunt miliare. quod ideo sic dicitur quia mille passus habet. octies enim centum viginti quinque faciunt mille. In quibusdam tamen regionibus non militaribus sed leucis itinera dividuntur et mensurantur: neque tamen ubique leuce sunt similes nam in gallia leuca est duorum miliariorum in ulyssiponia vero et germania trium. Sic igitur per quid intelligat auctor per stadia. Patet etiam quod non solum stadiis sed miliaribus et leucis passibus quoque pedibus et palmis aliisque mensurarum generibus iam dictis potest terre ambitus mensurari dum modo certus numerus habeatur stadiorum. Nam si maiores mensuras ut miliaria et leucas scire voluerimus: divisione specie algorismi utendum erit. Si autem minores ut passus cubitos et ceteras: multiplicatione stadiorum opus erit.

¶ Notandum secundo quod dicta auctoris conclusio moderamine certo accipienda est. solum enim terre ambitum secundum circulos maiores tradere intendit. non enim est verum quod terre ambitus in regionibus inter tropicum et polum existitibus (que minoribus circulis subiacent) 252000. stadia contineat. quod ex angustia terre circa polum facile est videre. quod etiam dicit unum gradum celi correspondere. 700. stadia in terra de gradibus circuli maioris est intelligendum. unde notanter dicit quod in terre mensuratione directe contra septentrionem a meridie recedendo procedendum est: scilicet semper sub meridiano que est maior circulus in sphaera. Qui ergo terram in nostris regionibus septentrionalibus ab occidente usque ad orientem mensurare vellet non inveniret. 126000. stadia que est medietas ambitus terre.

¶ Sed pro declaratione illius auctoris ad probandum conclusionem inducit sciendum est primo quod celum ab astrologis ymaginabiliter dividit ab uno polo mundi usque ad alterum in duodecim partes equales oblongas/latas in medio arctiores vero versus polos quarum unaquodque dicitur signum. quales autem istarum iterum dividit in 30. partes equales eiusdem etiam figure que dicitur gradus ut infra capitulo. 2. dicitur. unde cum signa sint. 12. in toto celo erunt. 360. gradus. Et quod elementa ut supra diximus sunt celo concentrica: eodem

Quid est astrolabium.

Hec sunt mensure geometricae.

per 5 passus per 8 milia

Quo dicitur intelligi quod quilibet gradus habet 700. stadia.

Quod terra et alia elementa proportionaliter dividantur sicut celum.





## Sphera mundi.

modo quodlibet elementum sicut et celum in 360. partes equales proportionabiliter diuidit. in circulis enim concentricis quibus due linee recte angulum in centro communi facientes qualiter portionem abscindunt de minori circulo taliter etiam et de maiori. ut si unam quartam minoris unam etiam quartam maioris circuli in tercipiunt licet una quarta sit maior alia sicut et circulus circulo. Terra igitur in 360. partes equales diuidit que proportionabiliter ad celestes dici possunt gradus et unicuique gradus celi supponit unum gradum terre qui tamen multo minor est gradu celi. et cuius pes mutaretur per unum gradum in terra eiusdem zenit proportionabiliter mutaretur per unum gradum in celo et econuerso. unum qui per astrolabium nouerit se uno gradu zenit mutasse in celo certissime sciet unum gradum terre se peragrasse. ¶ Notandum secundo quod licet auctor secundum opinionem dictorum geographorum unum gradum terre per circulum maiorem. 700. stadia habere in sua latitudine dicat: tamen ex Ptholemei cosmographie libro. 7. habemus unum gradum terre etiam in maiori circulo non plura quam. 500. stadia continere. et per unum totum terre ambitum. 180000. stadia. ponit enim ipse sub circulo equinoctiali quibus terre gradum. 60. miliariorum fere. postea vero per alios parallellos ab equinoctiali versus polum recedens cuius gradum terre pauciora miliaria tribuit et id tanto plus quanto propinquius polo accedit. Quia igitur Ptholemeus astronomorum grauissimus est: eius opinioni magis adherendum puto id quoque experientie magis consonum est. procedentibus enim ab Italia aut Hispania versus Parisios cuius gradum meridiani circuli sexaginta tres miliaria uidemus supposita. et hunc modum Ptholemei qui etiam est Alphragandus inquit iste auctor infra in capitulo tercio parte quarta de diuisione climatium. ¶ Sed per declarationem eius quod in prebatione antecedentis dictum est aduertendum primo quod operatio astrolabij ab astrologiis infallibilis putatur cum enim astrolabium circulare sit et oculus noster fere in centro terre ut supra dictum est: quando stellas per astrolabium inspicimus circulus astrolabij comparatur ad circulum celi sicut minor circulus concentricus ad maiorem regula igitur astrolabij (quam medicum diximus) ymaginabiliter usque ad celum extensa si moueatur circulariter super centrum astrolabij similes portiones pertransibit de circulo astrolabij et de circulo celi. qui igitur polum in diuersis ciuitatibus aspiciens inuenit medicum unum gradu astrolabij altius in una illarum quam in alia: recte concludit zenit illarum ciuitatum uno gradu celi distare et per unum unum gradu terre. polus enim in una plus quam in alia uno gradu super ortum eleuatur. nunc ad diuersas polorum eleuationes sequuntur diuerse ab equinoctiali distantie et diuersa zenith ut in capitulo secundo dicitur. ¶ Notandum secundo quod astrologi quantitate et mensura terre tradentes non intendunt precise et punctualiter eam diffinire sed sine sensibili errore. est enim astrologia non pure mathematica sed media inter physicam et mathematicam ut philosophus dicit in secundo physicorum. Sunt autem quatuor que predictum astrolabij iudicium predictamque auctoris rationem punctualiter et precise concludere non sinunt. Primum est quod superficies terre ut supra diximus (quod per accidens) non est perfecte rotunda et regularis unde non esset possibile terram precise mensurari. Secundum est distantia oculi nostri et centri astrolabij a centro mundi que aliquem errorem licet imperceptibilem causat. Tercium est quod ut supra patuit propter diuersitatem mediorum radius stelle que dicitur polus ad nos rectus non peruenit sed fractus. per radios autem fractos ut per spectum dicitur impossibile est rei certificari quantitate precise. Quartum est quod stella illa quam loco poli accipimus non est uere et simpliciter polus sed aliquo spacio a uero puncto poli distat que motu primi mobilis licet imperceptibiliter mouetur. ideoque errorem aliquem nata est in opere astrolabij care ille tamen error ut diximus insensibilis est. ¶ Textus. Dic autem stadiorum. Declarat distantiam terre ab oriente indicorum usque ad occidentem Hispanicum dicens quod si predictus stadiorum ambitus terre numerus scilicet. 252000. stadia per medium et in duas equalia diuidatur: numerus quotiens inde perueniens scilicet. 126000. stadia demonstrabit spacium terre habitabilis ab occidentem in orientem sub equinoctiali procedendo. quod quidem intelligendum est secundum intentionem huius auctoris et aliorum quos insequitur sed secundum Ptholemeum ut supra diximus essent pauciora stadia scilicet. 90000. ¶ Notandum quod numerus quotiens apud algoristas dicitur ille qui resultat ex subtractione diuisoris a numero diuidendo ut si centum denarij diuidantur quatuor hominibus centum est numerus diuidendus quatuor autem est diuisor si igitur subtrahatur numerus quatuor a centum quotiens poterit perueniet numerus. 25. qui dicitur quotiens eo quod significat quotiens quatuor subtrahatur a centum similiter si. 252000. numerus diuidendus per duo scilicet diuisorem diuidit perueniet numerus quotiens. 126000. ¶ Textus. Ex his etiam. Demonstrat quantitate et mensura terre quo ad eius diametrum. et primo quo ad totum diametrum. secundo quo ad semidiametrum.



quod secundum Ptholemeum quilibet gradus terre non habet nisi. 500 stadia.

quod iudicium astrolabij semper uerum est

quod astrologi non tradunt mensuras corporum punctualiter.

Quid est numerus quotiens


met  
2520  
tre.  
8018  
geog  
diu  
cul.  
si ve  
vigi  
ab al  
utur  
nec  
aut  
nec  
ni no  
ira z  
criti  
lia di  
tri tr  
dit a  
pedi  
abit  
r aer  
et pe  
tre p  
gla n  
duo  
ad ac  
ali f  
mito  
gn a  
desit  
elem  
decu  
aggr  
riet  
semi  
semi  
64.  
es f  
cecie  
duc  
occie  
fatu  
ri sai  
midu  
Sic  
si nu  
aut  
dicta  
tate



### Capitulum primum

metrū sibi. quē nūerū. q̄titas diametri t̄re hoc mō iuenit̄ diuidat̄ nūer⁹ stadiorū ābit⁹ terre scz  
 252000. p. 22. z nūer⁹ q̄tias̄ ide. pueniēs scz. 11454. stadia cū medio erit viceſia scōa ps ābit⁹  
 t̄re. q̄ subtracta a toto nūero ābit⁹ remanēt. 240545. stadia cū medio. cui⁹ nūeri scia ps h̄ est  
 80181. stadia cū medio z scia ps vni⁹ stadij erit q̄titas tot⁹ diametri t̄re. Est em̄ regula apud  
 geometras practicos q̄ corpus mēsuratores sūt q̄ si circuli p̄phēria i viginti duas ptes eq̄les  
 diuidat̄ z ex illis remoueat̄ vna remanētis t̄tia ps h̄ ē. 7. illaz p̄t̄iē mēsurā diametri illi⁹ cir  
 culi. vñ circūferētia ois se hz ad suā diametrū i. pportōe tripla sesq̄septia. S̄i r̄ ēt ex diāetro  
 si velim⁹ circūferētia iuenire diuidam⁹ diametrū i septē ptes eq̄les tūc circūferētia ei⁹ hēbit  
 viginti duas tales ptes. ¶ Notādū q̄ hec dicta circuli z diametri regla nūq̄ ab Euclide vel  
 ab aliis geometris speculatis tradita ē eo q̄ nō ē p̄cise v̄a. qz tñ errozē se sibile nō p̄t̄et ea cōit̄  
 vt̄t̄ geometre practici vt̄ domificatores p̄fectoresq̄ dolioz z alij hmōt artifices Ex q̄ iferē q̄  
 nec Archimedes nec Thōas brauardin⁹ nec Caturiesis q̄draturā circū aut q̄ ad p̄phēria  
 aut q̄ ad areā demōstrauerūt. s̄ grossa z sēsbilit̄ deductōe psuaserūt. Nō em̄ ē v̄ez q̄portio li  
 nec curue a duob⁹ pedib⁹ circini it̄cepta sit̄ p̄cise eq̄lis portōi lineē recte ab eisdē pedib⁹ circi  
 ni nō variat̄ p̄phēse ex q̄ p̄ncipio demōstratōes hoz doctoz p̄cedūt. Sicut ḡ t̄pe Aristotel  
 ita z nūc q̄drata q̄dē circuli scibilis ē scia aut ei⁹ nodū iuēta ē. ¶ Text⁹. Quē nūez. Q̄ndit̄  
 q̄titatē z mēsurā t̄re q̄ ad ei⁹ semidiametrū q̄ facillie hēēt si nūer⁹ stadiorū diametri p̄ duo eq̄  
 lia diuidat̄ tūc em̄ resultabit nūer⁹ q̄ciēs. 40090. stadia cū duab⁹ t̄ciis. q̄ ē q̄titas semidiamete  
 tri t̄re id ē distācia a sup̄ficie ei⁹ vsq̄ ad cētrū vbi scōz theologos sūt iferi: d̄ em̄ i s̄ibolo: descē  
 dit ad iferos ¶ Text⁹. Alioz v̄o. Deteriat de q̄titatib⁹ alioz triū elemētōz z breuit̄ se ex  
 pediat dicēs q̄ si nūer⁹ stadiorū ābit⁹ t̄re decuplet̄. i. p̄ decē multiplicet̄ p̄uet nūer⁹ stadiorū  
 ābit⁹ p̄uēxi aq̄ z p̄caui aer⁹ scz. 2520000. stadia. Si at̄ hic nūer⁹ ituz decuplet̄ hēbit nūer⁹ ābi  
 t⁹ aeris z p̄caui ignis scz. 25200000. stadia. z h̄ nūero itez decuplato p̄uet nūer⁹ ābit⁹ ignis  
 et p̄caui celli lūe scz. 252000000. stadia p̄ circūz maiorē p̄putata. s̄i r̄ ēt nūero stadiorū diametri  
 t̄re p̄tinue decuplato q̄titatē diametri aq̄ aeris z ignis facile iueniem⁹. ¶ Notādū q̄ hec re  
 gla mēsuratōis hoz triū elemētōz p̄cedit sup̄pōito q̄dā dicto phi i p̄mo metheozoz. s̄. q̄ q̄lz  
 duo p̄ria elemēta se h̄nt i p̄portōe decupla z sub decupla vt̄ puta aq̄ decupla ē ad t̄rā. z aer  
 ad aquā z ignis ad aerē cui⁹ p̄bationē sup̄i cū de natura celoz ageret̄ tetigim⁹. P̄t̄ tñ idē  
 aliē sic corroborari. videm⁹ em̄ elemēta p̄portōabilē i raritate z dēsitate sese excedere aq̄ q̄dē  
 m̄lto rarior ē t̄ra z aer aq̄ z ignis aere fere scōz eadē p̄portōnē. rarū aut̄ sub pauca mat̄ia ma  
 gnā hz q̄titatē z dēsū sub m̄lta mat̄ia q̄titatē hz puā: scōz igit̄ p̄portōnē excess⁹ raritatis ad  
 dēsitatē erit p̄portio excess⁹ magnitudinis ad magnitudinē i elemētis. p̄ueniēs igit̄ putare oz  
 elemēta p̄portōabilē se i suis q̄titatib⁹ excedere nulla aut̄ p̄portio it̄ ea p̄babilior videt̄ q̄  
 decupla. ¶ S̄z hec Aristotelis s̄bia nec Ptholemeo i almagesti nec Alphragano i libro de  
 aggregatōib⁹ stellaz placet vbi p̄bat q̄ semidiamet̄ sup̄ficiēi p̄caue orbis lūe z p̄uēxi ignis  
 p̄t̄et semidiametrū t̄re tricesies ter z semis cū viceſia pte. scōz tñ dictā Aristotel opionē hec  
 semidiamet̄ orbis lūe i p̄portōe millecupla se h̄ret ad semidiametrū t̄re. Itē dicit Alphragan⁹ q̄  
 semidiamet̄ p̄uēxi lūe p̄cauiq̄z mercurij p̄t̄inet semidiametrū t̄re sexagesies q̄ter cū sexta pte  
 64. Et semidiamet̄ p̄uēxi mercurij z p̄caui veneris p̄t̄inet semidiametrū t̄re cēcies sexagesi  
 es sepcies. 167. Et semidiamet̄ p̄uēxi veneris z p̄caui solis p̄t̄inet t̄re semidiametrū millies  
 cēcies viceſies. 1120. Et semidiamet̄ p̄uēxi solis z p̄caui martis hz t̄re semidiametrū millies  
 ducēcies z viceſies. 1220. Et semidiamet̄ p̄uēxi martis z p̄caui iouis p̄t̄inet t̄re semidiametrū  
 occies millies octingētesies septuagesies series. 8876. Semidiamet̄ ēt p̄uēxi iouis z p̄caui  
 saturni ē semidiamet̄ t̄re decies q̄ter millies q̄drigētesies q̄nq̄es. 14405. Et semidiamet̄ p̄uē  
 xi saturni z p̄caui octaue spe hz semidiametrū t̄re viceſies millies cēcies z decies. 20110. Et se  
 midiamet̄ p̄uēxi octaue spe z p̄caui none ē p̄dicti nūeri duplū ad t̄re semidiametrū. s̄. 40220.  
 Sic igit̄ p̄z scōz astrologos vni⁹ cuiusq̄ spe celestis sub nona spa corpulētia z crassitudo. Q̄d  
 si nūer⁹ semidiametri cuiusq̄ eaz duplet̄ p̄uet nūer⁹ z q̄titas tot⁹ diametri eiusdē spe. hoc  
 aut̄ diametri nūero triplicato septiaq̄z pte diametri sup̄addita scōz reglaz geometricā sup̄  
 dictā hēbit nūer⁹ ābit⁹ illi⁹ spe p̄ circūz maiorē. quē ēt nūez ābit⁹ si p̄ duodeci diuiserim⁹ q̄t  
 tatē signi illi⁹ spe iueniem⁹. q̄bz aut̄ signū p̄ triginta diuisū gradū illi⁹ sphere p̄ducat.

1<sup>o</sup> d<sup>o</sup> d<sup>o</sup> ... 3 d<sup>o</sup> ...  
 2<sup>o</sup> d<sup>o</sup> d<sup>o</sup> ... 3 d<sup>o</sup> ...  
 Qd regula circuli  
 et diametri nō est  
 precise vera



Uide hic de q̄tita  
 tib⁹ celozum z si  
 gnozūm et gradū  
 suozum



Sphere mundi.

Capitulum secundum de circulis decem ex quibus sphaera materialis componitur et de illis quos in sphaera celesti ymaginamur. habet tres partes. prima est de sex circulis maioribus sphaere. et primo.

De equinoctiali.

**Primum** autem circuloꝝ sphaere materialis quidam sunt maiores / quidam minores vt sen

sui patet. Maior enim circulus in sphaera dicitur qui descriptus in superficie sphaere super eius centrum transiens diuidit sphaeram in duo equalia. Minor vero qui descriptus in superficie sphaere eam non diuidit in duo equalia: sed in portiones inequales. Inter circulos autem primos de maioribus: iter maiores vero primo dicendum est de equinoctiali. Est igitur equinoctialis circulus quidam diuidens sphaeram in duo equalia secundum quolibet sui partem equidistantis ab utroque polo mundi. Et dicitur equinoctialis: quoniam quando sol transit per illum (quod est bis in anno in principio arietis scilicet et in principio librae) est equinoctium in vniuersa terra. Unde etiam appellatur equator diei et noctis: quia aequat diem artificialem nocti. Dicitur et cingulus primi motus. unde sciendum quod primus motus dicitur motus primi mobilis hoc est nonae / vel decime sphaere / siue celi ultimi qui est ab oriente per meridiem in occidentem rediens iterum in orientem. qui etiam dicitur motus rationalis: ad similitudinem motus rationalis qui est in microcosmo. id est in homine. scilicet quoniam fit consideratio a creatore per creaturas in creatorem ibi sistendo. secundus motus firmamenti et planetarum contrarius huic est ab occidentem per meridiem in orientem rediens iterum in occidentem. qui motus dicitur irrationalis / siue sensualis: ad similitudinem motus microcosmi qui est a corruptibilibus ad creatorem iterum rediens ad corruptibilia. Dicitur ergo cingulus primi motus: quod cingit siue diuidit primum mobile in duo equalia equidistantis a polis primi motus. Unde notandum quod polus mundi qui nobis semper apparet dicitur polus septentrionalis / arcticus / vel borealis. Septentrionalis dicitur a septentrione hoc est minori versura. qui dicitur a septem et trion quod est bos quod septem stelle que sunt in versura tarde mouentur ad modum bouis cum sint propinque polo. vel dicitur ille septem stelle septentriones quasi septem teriones: eo quod terunt partes circa polum. Arcticus quidem dicitur ab arctos quod est maior versura. est enim hic polus iuxta maiorem versuram. Borealis vero dicitur quod est in illa parte aqua venit boreas. Polus autem oppositus dicitur antarcticus quasi contra arcticum positus. Dicitur et meridionalis quod ex parte meridiei est. Dicitur etiam australis quod est in illa parte aqua venit auster. Ista igitur duo puncta in firmamento stabilia dicuntur poli mundi: quia sphaere axe terminantur et ad illos voluit mundus. quorum vnum semper nobis apparet reliquum vero semper occultatur. vnde Virgilius in primo georgicorum. hic vertex nobis semper sublimis. at illum sub pedibus stix atra videt manesque profundi.

Est autem capitulum secundum in quo auctor dederit de circulis ex quibus sphaera materialis lignea cuprea vel argentea componitur per quos alios circulos in celesti sphaera ymaginabiles intelligimus. declarando scilicet nomina et eorum officia atque utilitates. huius tres partes principales. prima est de sex circulis maioribus. secunda quae incipit ibi. dicto de sex. est de quatuor circulis minoribus. tertia quae incipit ibi. quanta est sunt. ponit quasdam conclusiones et quaedam notabilia. Prima pars diuiditur in quatuor particulas.

Quid est circulus maior.

Quid minor.

Quid est circulus equinoctialis

Tria nomina eius primum

Secundum nomen. Tertium nomen

De duobus polis et nominibus eorum

Virgilius



Capitulum secundum.

prima est de circulo equinoctiali. scda ibi. est et alius. est de zodiaco circulo. tria ibi. snt aut. est de duobus coloris. qarta ibi. sunt itez. tractat de meridiano et orizonte. Circa pma pticulā sic pcedit pmo pmittit quādā circuloꝝ sphere diuisionē. scdo ponit ordinē dicēdoꝝ i hoc caplo ibi. inter circulos. tertio icipit dicere de equinoctiali ibi. est igit. Diuisionē g sua talis est q duplices sunt circuli in sphaera qdā maiores. alij vero minores. Cuius diuisionis mēbra statū diffinit ibi. maior em. q diffinitōes sic itelligunt. ille dicitur circulus maior in sphaera cuius pipheria i superficie sphere puerā describitur area vero eius ymaginabiliter trāsit p cētrū sphere eā in duo eqilia diuidēs. minor aut circulus dicitur ille cuius pipheria in superficie sphere descripta est s3 eius area ymaginabiliter p sphere corpulētā ducta cētrū spe nō tāgit neq eā in duo eqilia ptit sed in portōes ineqles maiorē scz et minorē. ¶ Notādū q scdō geometras vt supra dixim⁹ sicut circulus rectis lineis in portōes diuidit: sic etiā sphaera circuli uel superficies planis p eius corpulētā ymaginabiliter trāseūtib⁹ in ptes secas. sicut etiā qn pomū cultello diuidim⁹ i vtraq pte superficies plana uel circulus apparet. si igit circulus sphere sector p cētrū sphere trāserit circulus maior dicitur si vō extra cētrū circulus minor. ¶ Text⁹. Inter circulos. Ponit ordinē dicēdoꝝ in hoc caplo cui⁹ intellect⁹ satis p3. ¶ Notādū q iter oēs circulos sphere ab equinoctiali vult exordiri: eo q hic vniiformissime oim in sphaera descript⁹ est et est cingul⁹ pmi mobilis et mēsurā mot⁹ eius vt patebit. ideo iste circulus ita se h3 ad alios in sphaera sicut pmi mobile ad alios celos ¶ Text⁹ Est igit equinoctialis. Deteriat de circulo equinoctiali et tria facit pmo dicit de eius descriptiōe. scdo de eius noib⁹ ibi. et dicit. tertio de polis eius ibi. vñ notādū. Descriptio igit equinoctialis circuli hec est. equinoctialis est quidā circulus diuidēs sphaerā in duo eqilia cui⁹ q3 p eqiliter distat ab vtroq polo mūdi. que qdē descriptio h3 duas pticulas pma ponit ad dnam circuloꝝ mōtū. scda vō ad differētā oīz alioꝝ circuloꝝ maior. quoz null⁹ scdō oēs suas ptes eqiliter distat ab vtroq polo vt p3 i ductiue. situs est g circulus equinoctialis i medio pmi mobilis talit⁹ q qcuq p pte eius signet qrtū distat ab vno polo mot⁹ pmi mobilis tm p cise distat ab alto. ¶ Notādū q oēs isti circuli sphere materialis ymaginant in pmo mobili qz tm oēs sphere celestes mouent motu pmi mobilis ideo eosdē circulos in qualz aliaz sphaeraz possum⁹ ymaginari vt in octaua sphaera equinoctialē directe sub equinoctiali pmi mobilis et zodiacū sub zodiaco et ita de aliis circulis et sphaeris. qd qdē facile erit videre si circulū nō p sola linea s3 etiā p superficie accipiam⁹ tūc em vñ circulus nūero puta equinoctialis itelligit diuidere oēs celestes sphaeras vsq ad cētrū mūdi et sic equinoctialis describit in quolz celo. Auctor tm in isto caplo de istis circulis p solis lineis circularib⁹ in pmo mobili descriptis loquit. vñ sphaera materialis pmi mobile pncipaliter nobis representat licet ex pnti totā regionē celestē motu pmi mobilis circūductā nobis insinuet. Et istoz circuloꝝ qdam mobiles alij imobiles ymaginant. imobiles sunt meridianus et orizon. vñ p3 q oēs isti circuli excepto zodiaco sunt ymaginari et non reales ptes celi. ¶ Text⁹. Et dicit. Declarat tria noia hui⁹ circuli. pmi est equinoctialis id est equans noctes dieb⁹ cui⁹ rōez assignat qz qn sol motu p pmo que h3 p zodiacū circulū puenit ad equinoctiales tūc dies artificiales sunt eqles noctib⁹ in vniuersa tra. et hoc bis in āno accidit pmo qn sol est in pncipio signi arietis q nris tpi⁹ ptingit vndecia die marcij. scdo qn sol est in pncipio signi libere qd sit circa tciādecimā diē septēbris. Scdō nomē eius est eqtor diei et noctis ppe eādē cāz ¶ Notādū q licz nris tpi⁹ dies equinoctioꝝ sit vndecia marcij et tciādecia septēbris antiqus tm circa aduētū christi dñi vicesimaqnta die marcij et vicesima septia septēbris fiebat equinoctia. futuris etiā tpi⁹ nō eisdē dieb⁹ qb⁹ nūc accidēt. q qdē ex diuersitate aui rōani q vtimur ad anū solarē accidit vt ifra caplo qrtō plen⁹ dicem⁹. ¶ Notādū etiā q vt Georgius purbachius tradit in suis theoriciis caplo de octaua sphaera nō sēp exntē sole in pncipio arietis aut libere pmi mobilis necesse est equinoctiū accidere s3 stat antea fuisse vel postea futurū eē. q qdē ex motu accessus et recessus octauae sphaere satis demōstrat vñ hec ppo auctoris limitāda est et sic itelligēda dū sol est in pncipio arietis vel libere aut ppe est equinoctiū. Vel pōt dici q auctor loquit icdō opionē Ptholemei cui⁹ tpi⁹ mot⁹ iste accessus et recessus octauae sphaere non dū erat cognit⁹ s3 postea inuēt⁹ est a Thebit et ab aliis modernis et sic negādo talē motū in octaua sphaera ppo auctoris esset in dubia. ¶ Terciū nomen hui⁹ circuli ponit ibi. et dicit. et est cingul⁹ pmi mot⁹ p cui⁹ noia declaratiōe reperit qd supra dixerat de duplici motu sphaerarū

Quomō cir- culis diuidit sphaera.

In quo celo ymaginentur isti circuli spe materialis

q. 29 de signis et aliis

Qd dies equi noctioꝝ variantur Qd nō sēp in pncipiis arietis et libere sūt equinoctia



## Sphere mundi.

celestium. quorum unum est ab oriente per meridiem in occidentem rediens iterum orientem quod motus dicitur rationalis  
 et iste est motus primi mobilis diurnus et fit in viginti quatuor horis super polos mundi. Secundus motus est  
 omnium inferiorum spherarum oppositus primo ab occidentem per meridiem in orientem rediens iterum in occidentem  
 et fit super polos zodiaci sed in diversis spatiis temporum ut supradictum est. et iste dicitur irrationalis aut  
 sensualis. Circulus ergo iste dicitur cingulus primi motus: quod taliter descriptus est in celo ut secundum omnes suas  
 partes equilater distet a duobus polis super quos fit primus motus. sicut etiam cingulus in medio corporis  
 humani solet poni. Dicitur etiam cingulus primi motus quod est via per quam fit primus motus. **¶** Notandum quod astro-  
 logi quilibet hora et puncto temporis celum in .12. partes equales (que dunt duodecim domus celi) dividunt. Et  
 inter illas: quatuor principales domus notantur que dicuntur 4. anguli aut cardines celi. scilicet angulus orientis  
 que est prima domus. angulus meridiei que est decima. angulus occidentis que dicitur septima domus. et angulus  
 medie noctis que est quarta domus. Has autem quatuor domos antequam sic distribuerentur. quod prima domus que est  
 orientis erat dei. decima domus que est meridies intelligentiarum vel bonorum spirituum. septima domus que est occi-  
 dens erat creaturarum corruptibilium. quarta domus que est angulus medie noctis dicitur erat malorum spirituum  
 et infernalium potestatum. et hec quatuor sunt velut lux/lumen/umbra/tenebra. Sic igitur motus celi que fit  
 ab orientem per meridiem in occidentem a quo per angulum medie noctis recurrit in orientem dicitur intelligentie  
 modum explicat. de enim primo se deinde creaturas propter se ipsum contemplat. unde cognitio sua a deo inci-  
 pit et in deum feliciter desinit. Sed motus inferiorum spherarum ab occidentem per meridiem in orientem modum  
 nostre cognitionis insinuat: quo ex hiis que facta sunt sensibilibus ad invisibilia dei surgimus ut apostolus  
 dicit. Modus autem angelice cognitionis quo ex beatifica et matutinali apprehensione in vespertina et re-  
 creatura propter cognitionem deveniunt atque in laudem dei omnia concepta reflectunt: etiam per primum motum  
 significat. Contra vero motus secundus demonum et malignantium spirituum modum demonstrat. que licet ex deo  
 processerint semper tamen a deo recedentes in caduca se convertunt. et ab hiis non in dei bonitatem sed in pro-  
 prie obstinationis finem omnia reducunt. Et quod homines iuxta opera sua angelis bonis aut malis sunt equi-  
 perandi: ideo quodam eorum quantum possunt ad divina conantur et istar sanctorum angelorum gaudere potest primo  
 intelligendi modo ex deo. scilicet omnia contemplari et in ipsum omnia reducere et (velut in supremo circulo reoluti)  
 ex omnibus creatis deum laudare. Alii vero talentur ad eos susceptum in terra fodientes abscondunt et velut  
 spiritus nequam in rebus caducis finem sibi prestituunt: omniaque cognita (quasi in infimo circulo agitati) ad  
 proprie voluntatis pessimum finem ordinant. Hoc igitur forte inveniens auctor in textu dixit quod primus celi mo-  
 tus dicitur rationalis ad similitudinem motus rationis in homine a creatore per creaturas omnia demum in creatorem  
 tandem in finem reducens. Sed motus secundus dicitur sensualis ad instar motus rationis in plerisque hominibus qui  
 a creaturis in creatoris deveniunt notitia: sed tandem omnia in creaturas caducas tandem in fines ordinant.  
**¶** Textus. Unde notandum. Dicit de polis equinoctialis circuli declarans tria nomina cuiuslibet eorum.  
 Polus igitur que nobis semper apparet dicitur polus septentrionalis: quod iuxta ipsum est una constellatio que  
 dicitur septentrio vel versa minor eo quod habet septem stellas que dicuntur triones id est boues quod tarde moue-  
 tur admodum bouis cum sint prope polo et parvum circulum describunt in tanto tempore precise quo stelle  
 que sunt in medio celi magnam circulum perficiunt. data autem temporis equalitate cum spacii equalitate vel extra  
 sequuntur motus diverse velocitatis. et huiusmodi istar videmus in rota lapidea mollidini cuius partes cen-  
 trales tardius moventur quam extremales. Vel dicuntur ille septem stelle triones id est teriones: eo quod te-  
 runt partes celi que sunt iuxta polum in circuitu continue se movendo eo modo quo agricole terunt aream strate  
 messis iumento circumducto. Secundo dicitur polus arcticus a constellatione alia sibi proxima que dicitur arctos  
 sive maior versa. Tertio dicitur hic polus borealis quod est versus illam partem nisi orientis aqua venit ventus  
 ille que dicitur boreas. **¶** Notandum quod iuxta polum que nobis semper apparet sunt due notabiles constella-  
 tiones que dicuntur due verse scilicet antiquorum poetarum fictioes. fingit enim Ovidius libro secundo metamor-  
 phoseos quod Jupiter Calistone virginem arreperit que gravida facta peperit ei filium Archadem nomine.  
 Juno autem iouis uxorem facinorose egre ferens Calistone in versa convertit et in silva herimato perpetuo er-  
 raturam misit. Post aliquot vero annos archas gradior factus egregieque in arte sagittandi et venandi  
 eruditus: dum in eadem silva verse miferi sue obviasse eam nesciens voluit sagitta penetrare. iupiter de  
 celo aspiciens utrumque miseratus: filium etiam in versa convertit eosque ad etheream transtulit regionem et iux-  
 ta polum nunc collocavit et utriusque septem stellas notatu dignas per ceteris aliis circumscripsit. Et hanc  
 duarum constellationum versa minor que est polo prope polo bucina vulgo nuncupatur: eo quod stelle eius bucinæ  
 vel cornu figuram representant. a poetis tamen cinosura dicitur versa vero maior que est a polo remotior plan-

De motu ra-  
tionali et sen-  
suali

febule duarum  
versarum


stru  
 elice  
 oram  
 em a  
 nu  
 sou  
 poet  
 fund  
 mo m  
 culta  
 q ste  
 lla ap  
 perin  
 lici  
 du e  
 nali  
 circu  
 trah  
 bul  
 tus i  
 stribi  
 tuoz  
 ¶ Tu  
 rolo  
 ra m  
 in fin  
 stelli  
 ustr  
 duo  
 Et i  
 dia n  
 quod  
 med  
 cis si  
 re cr  
 dext  
 q b  
 toci  
 se au  
 de u  
 quo  
 Ad  
 p vi  
 la b  
 opp  
 ign  
 qz il  
 vsq  
 dio  
 ona  
 cat  
 m



### Capitulum secundum.

grā vulgo nūcupatur eo q̄ i figura plastro aliq̄ modo assimilef. a poetis at̄ cum calisto tum  
 elice vl̄ cherice dicit̄. Juno aut̄ p̄p̄t̄ honozē sue inimicē iudis cōmota tethi deā maris alloq̄t̄  
 orans vt̄ p̄dictas duas vrsas mari i mergi z ibi lauari sicut cetera astra nō p̄mitteret. putabat  
 em̄ antiq̄ gētilitas stellas ex lotionē maris fieri lucidiores. thetis at̄ iunoni obtēperās i sēp̄it̄  
 nū maris i mersionē dicit̄ vrsis ihibuit. ille vero timore p̄rite nūq̄ eo descēdūt. cui fabule cō  
 souat Virgilius i georgicis. Arctos oceani metuētes equozē mergi. et hec est causa secūdu  
 poetarū fictiones q̄re iste stelle nūq̄ occidūt. S; hec fictio nō adeo friuola ē qui si recte z pro  
 funde inspicatur sit valde naturalis. p̄mi em̄ philosophantes poetetheologi dicuntur in p̄  
 mo methaphice eo q̄ vitates q̄s de diuinis. i. de celis et de naturis rerū nouerant fabulis oc  
 cultabāt. phia eq̄dē antiquoz vt̄ ibidē dicitur balbucies erat sicut noua puella. ¶ Notādū ē  
 q̄ stellarū septē vrsē mioris aut̄ bucine illa q̄ ē i extremitate caude vel i āgulo bucine i nobis  
 lia apparet qz polo est p̄p̄quissima z illā sepius astrologi polū vocāt vt̄ supra visū est q̄ ex  
 periri volētib⁹ aliq̄lit̄ moueat̄ z nos aliq̄n̄ id notauim⁹. ceterē at̄ sex oēs notabiliter mouētur  
 lucidiorē at̄ eaz̄ que i ore bucine apparet plebei p̄ horologio noctis obseruāt. Pro quo notā  
 dū ē q̄ si accipiat̄ circul⁹ quē p̄dicta stella motu suo describit z p̄ duas dyametros sese ortogo  
 naliē i cētro secātes i quatuor quartas diuidatur p̄ma dyameter a zeat̄ capitis n̄si p̄ cētrum  
 circuli (q̄d est stella i mobilis) ad orizōtē descēdēs p̄  
 trahat̄. altera vero a sinistris ad dextā. quelz iterū  
 hui⁹ circuli quartas sex spacia equalia diuidatur to  
 tus iḡ circuli i viginti quatuor spacia eq̄lia erit di  
 stribut⁹. q̄ oia dīcta stella i die naturali h̄ est i viginti  
 tuoz horis p̄currit z sic q̄bz spaciū erit vni⁹ hore.  
 ¶ Notādū etiā q̄ iuxta mediū mēsis apl̄is stella ho  
 rologial̄ quā dixim⁹ i sūmitate crucis describe ho  
 ra medie noctis apparet. post quidecī vero dies scz  
 i fine apl̄is z p̄cipio maii hora medie noctis eadē  
 stella vno spacio horario vers⁹ occidētē ad manū si  
 nistrā apparet declinās. Et itez iuxta mediū maii p̄  
 duo spacia a sūmitate crucis i media nocte distabit.  
 Et in fine maii et p̄cipio iunii tr̄sb⁹ spaciis iā in me  
 dia nocte apparebit separata z sic deinceps i q̄bz  
 quidecī dieb⁹ vnum spaciū variabit dīcta stella hora  
 medie noctis. vñ ad mediū mēsis iulii i brachio cru  
 cis sinistro. i medio vero octobris i extremitate iferio  
 re crucis. et iuxta mediū ianuarii in brachio crucis  
 dextro hora medie noctis dextā stella videbit̄. Sic ita  
 q̄ habetur sit⁹ p̄dicte stelle i suo circulo q̄lz mense  
 tocī aui hora medie noctis. cognito iḡ i quoz mē  
 se aut̄ die aui situ stelle in media nocte quacūqz hora  
 de nocte ipam aspexeris facile coniectari poteris p̄  
 quot spacia horaria aui vl̄ post locū medie noctis dīcta stella fuerit z sic horā q̄sitā agnosces.  
 Ad huius tñ opis faciliore vsū potest instrumētū circularē i medio p̄foratū fieri: i margine at̄  
 p̄ viginti quatuor spacia equalia diuisū. i quo si p̄ foramē aspiciat̄ pol⁹ iuxta marginē aut̄ stel  
 la horological̄ notet̄: statī hora p̄sēs apparebit. ¶ Sed ibi. polus vero. ponūt̄. s. noia poli  
 oppositi. primū est antarcticus id est contrarius arctico: anti em̄ contra est res autem nobis  
 ignotas per aliquam habitudinē adnotas nominamus. Secundum nomē est meridionalis  
 qz ille polus est ex pte meridiei. si em̄ linea a nostro zenit p̄ centrum solis (dum est i meridie)  
 vsqz ad orizōtē et vltra extendatur ad aliū polū necessario pueniet. sol etiā exis i meridie ra  
 dios suos ad nos quasi ab alio polo mittit. vmbra aut̄ nrā directe tēdit contra polū septētri  
 onalē. Terciu nomē ei⁹ est pol⁹ australis a quodā v̄to nobis pluuioso q̄ ab illa pte flat z vo  
 catur turbidus suster. Isti iḡ poli sūt duo p̄cta celi i mobilis et sup illos reuoluit̄ celū et tot⁹  
 mūd⁹ motu p̄mi mobilis et hoz poloz vñ sēp̄ eleuatū sup nos videm⁹. alē vero sēp̄ nobis

Quomō per ba  
 cinā hore noctis  
 cognoscuntur.



quē pol⁹ d̄ d̄  
 quē pol⁹ d̄ m̄  
 quē pol⁹ d̄ m̄  
 quē pol⁹ d̄ m̄



## Sphære mundi.

occultat sub orizonte. et de his Virgilius in primo georgicorum sic ait. Sic vertex id est polus (polus enim grece vertex est latine eo quod super ipsum fiat vertigo et reuolutio corporis cuius est polus) nobis semper sublimis id est eleuatus super orizontem apparet at. sed illud id est alium polum sub pedibus fixa terra que est lacus infernalis ut poete fingunt: manesque id est anime profundum id est infernum videntur.

¶ Ex his igitur appareret descriptio nominis atque officia circuli æquinoctialis. sunt enim eius duo principalia officia primum est notare duo puncta in zodiaco ad que cum sol puenit est æquinoctium in vniuersa terra. Secundum est ostendere nobis viam motus primi mobilis dareque certam regulam et mensuram illius quod semper quilibet hora quindeci gradus huius circuli per orizontem ascendunt aut descendunt.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi cameracensis doctorisq; celebratissimi questio prima

**Q**ueritur primo circa secundum capitulum vtrum potest esse æquinoctium in vniuersa terra. Et arguitur primo quod non quod si sic hoc maxime esset sole exite in principio arietis vel in principio libere sed hoc non est nota est maior pars per auctorem in textu. vnde ponit quod ex eo dicitur æquinoctialis quod dum sol transit per istum circulum quod contingit bis in anno in principio arietis et in principio libere sole exite est æquinoctium in vniuersa terra. Item dicit auctor in scilicet capitulo parte secunda quod dum sol est in altitudo punctorum æquinoctialium arcus diei adequat arcui noctis quod maior via. Sed probat minor quod si sic sequeret quod dies et nox simul mensurarentur et similiter essent in eodem instanti indissolubili. quod est impossibile. et pars nota quod sol tunc est per instantia in principio arietis vel libere quod si sit æquinoctium solum erit per instantia. Secundo sic quod impossibile est esse æquinoctium illis quorum zenit est in polo et orizontem est æquinoctialis quod questio falsa. nota tamen pars quod sol mouetur in eccentrico suo ut habet in theoreticis planetarum cuius eccentrici axis est propinquior polo arctico quam alteri polo: ita quod maior medietas eius declinat versus septentrionem. quod sol per maiorem partem est supra orizontem illorum quorum zenit est in polo arctico quam sub orizonte et per hanc habet intantum. Tertio sic quod in aliquo parzia est lumen perpetuum siue vmbra vel tenebrositate quod questio falsa. probat autem pars primo per auctorem in textu quod illis quorum zenit est in polo semper appareret crepuscula quod sequitur quod tales habent lumen perpetuum et hoc directum vel reflexum. probat secundo autem quod vapores reflectentes lumen solis ascendunt a superficie terre per 2000 passuum ut habet ex commento Campani super 18. et 19. decimi Euclidis: sed talibus sol non potest deprimi ultra 24. gradus sub orizonte et ideo cum adhuc nobis appareant crepuscula sole depresso per 18. gradus et cum similes in aere sereno: a fortiori eis apparebunt crepuscula semper etiam in maxima sol declinatione. Quarto sic quod nox in quolibet tempore breuior est die quod nota tamen probat autem quod nox non est aliud quam vmbra casta ex aggregato terre et aque. et dies non est aliud quam illud quod illuatur a luce solis seclusa tali vmbra modo maior est multo quod illuatur quam sit vmbra. quod probat quod quoniam lucidum maior est vmbroso tunc lucidum illuatur tenebrosum plus quam dimidium. modo sol maior est quam aggregatum ex aqua et terra quod sequitur quod maior illuatur quam remaneat de vmbra.

¶ In oppositum arguitur per auctorem vbi prius allegabat in primo ratione pars est per Ptolemeum et per astrologos. In questione erunt duo breues articuli. in primo notabilia ponentur. et in secundo conclusiones.

¶ Quantum ad primum est aduertendum quod duplex est dies quod quedam est naturalis et quedam artificialis. Vnde dies naturalis dicitur tempus quo sol complet vnam reuolutionem motu firmamenti. et continet 24. horas per diem artificialem et per noctem. Et talis dies naturalis in pluribus locis apud astronomos incipit a meridie diei precedentis in aliquo locis incipit a media nocte. Sed dies artificialis dicitur eleuatio solis super orizontem secludendo noctem et quilibet eius parte. per quam est aduertendum quod tripliciter solet capi dies artificialis primum modo per tempus quod est a contactu centri solis cum orizonte versus orizontem versus ad contactum secundum eiusdem cum eodem versus occidens. et ista est cois acceptio ipsius. Sed secundo modo accipitur dies artificialis per tempus quod est a principio apparitionis solis aut alicuius eius partis versus quod nec sol nec aliquid eius potest per apparere per eius depressionem sub orizonte. Sed tertio modo capitur dies artificialis per toto tempus quod est a principio illuacionis medij siue per lumen primarium siue per lumen secundarium siue directum siue reflexum quousque nichil per de medio est illuatum. et isto modo crepusculis sunt partes diei. et iste est modus cois apud vulgares. Et proportionaliter nox potest capi tripliciter ita quod in quolibet acceptio diei artificialis residuum est per noctem.


¶ Secundo notandum est quod esse æquinoctium non est aliud quam die artificiali et noctem aliquo predictorum modorum adequari. per quam est aduertendum quod duplex potest imaginari æquinoctium vnum per se et ad contactum. scilicet si dies artificialis et nox precise adequentur. sed aliud imaginatur æquinoctium apud vulgares scilicet si dies artificialis et nox fere sint æquales ita quod inter eorum quantitates non sit multum sensibilis differentia.

¶ Tertio notandum est quod ad inueniendum æquinoctium per se si est possibile oportet multum considerare primo eius considerari eccentricum solis et motum eius in eccentrico et angulum secundo ascensionem signorum et tertio eius considerari circulum

Primum articulus  
Quid dies naturalis.

Quid et quotuplex est dies artificialis

Duplex est æquinoctium  
Quot requiruntur ad verum æquinoctium.





Capitulum secundum.

descriptū a sole in principio arietis vel libe. qz si oēs isti mot⁹ possent p orizontē siml in eqliā di  
 utdī tūc posset eqnocciū eē z nō aliter. ¶ Ultimo notādū est qz hic loquēdū est ac si t̄ra esset p  
 fecte spherica z qz ei⁹ magnitudo nullā dīversitatē faceret ī visīōe. ¶ Quātū ad scōz sic habe  
 tur p̄mali ce ꝛclo qz sole exñte ī principio arietis vel libe dies artificialis n̄ adequat nocti p̄cise  
 capiēdo diē artificialē scōm astronomos. pꝛ ꝛclo sic qz sole exñte ī principio arietis vel libe ar  
 cus quē sol describit sub orizontē nō est eqliis arcus quē describit supra orizontē q̄ ꝛclo v̄a. ꝛna ē  
 nota. añs pbat qz sēp ante introitū solis ī arietē arc⁹ sub orizontē descript⁹ maior ē q̄ descript⁹  
 sup orizontē. z sēp post introitū talis arc⁹ sub orizontē est minor q̄ nunq̄ est eqlias istoz arcuū.  
 ꝛna tꝛ qz p solū instās sol est ī principio arietis. ¶ Scōa ꝛclo qz sole exñte in principio arietis vel  
 libe est eqnocciū vulgare ī vniuersa t̄ra. pꝛ ꝛclo qz illo tūc dies artificialis p̄mo mō capiēdo  
 aut scōmō est fere eqliis nocti nec int̄ eoz q̄titates ē notabilis d̄fa. Et istā ꝛclonē voluerūt  
 h̄fe loquētes de eqnoccio. ¶ Tercia ꝛclo est qz sole exñte ibidē nullomō est eqnocciū capien  
 do diē artificialē scōz vulgares. pꝛ qz dies artificialis capiēdo p̄momō z nox p̄momō sūt fere  
 eqlias z mō crepuscula sūt ptes diei artificialis vel dieꝛ q̄ crepuscula ꝛtinēt horā cū dimidia  
 ad min⁹. ¶ Quarta ꝛclo est qz nō est possibile planetis z signis motis vt nūc mouent̄ esse eq  
 nocciū v̄le p̄cise. ꝛclo pꝛ p rōnes factas añ oppositū. nec vꝛ rō aliqꝛ qz dies artificiales aliqñ  
 sūt breuiores postea lōgiores q̄ aliqñ debēt eē eqlias. Rñdet qz bñ stat qz sit trāsīt⁹ de extreo  
 ad extremū nō trāsēūdo p mediū in ī. p̄portōabilib⁹ vt h̄ñ m̄eto t̄cij Eucl̄dis. ¶ Ad rōes  
 ante oppositū dicit̄ qz bñ arguunt p dictis. Auctoritates post oppositū sunt intelligēde iuxta  
 scōam conclusionem.

De zodiaco circulo.

Est et alius circulus in sphaera q̄ intersecat eqnoctialē z itersecat ab eodē in  
 duas ptes equales: z vna ei⁹ medietas declinat versus septētrionē alia v̄sus  
 austrū. Et dicit̄ iste circulus zodiac⁹ a zoe qz est vita quasi circulus vite. qz scōz  
 motū planetarū sub illo est ois vita in rebus inferiorib⁹. Vel dicit̄ a zodion qz  
 est aial quasi circulus aialiū. qz cū diuidat̄ in duodeci ptes equales (q̄ dicūtur  
 signa) qd̄z habz nomē speciale a noie alicui⁹ aialis: p̄pter p̄prietatē aliquā  
 pueniētē tā ipi signo q̄ aiali. vel p̄pter dispōez stellarū fixarū ī illis p̄tib⁹ ad  
 modū b̄mōi aialiū. Nota aut̄ signozū / ordinatio / z nūer⁹ in b̄is patēt v̄sib⁹  
 Sūt aries / taur⁹ / gemini / cācer / leo / virgo. Libra qz / scorpi⁹ / architenēs / ca  
 per / āphora / pisces. H̄ste vero circulus latine dicit̄ signifer qz fert signa: vel  
 qz diuidit̄ in ea. Quodl̄z aut̄ signū diuidit̄ in .30. gradus. vñ pꝛ qz in toto 30  
 diaco sūt .360. gradus. Scōz aut̄ astronomos iterū qlibet gradus diuidit̄ in  
 60. minuta. z quodlibz minutū in .60. scōa. qd̄libz scōm in .60. tertia. z sic de  
 inceps v̄s qz ad decima. Et sicut diuidit̄ zodiacus ab astronomo ita z quilibz  
 circulus in sphaera siue maior siue minor in ptes cōsiles. Ab Aristotele vero  
 in scōo de gñatōe z corruptōe dicit̄ circulus obliqu⁹. vbi dicit̄ qz scōz accessum  
 et recessum solis in circulo obliquo sūt gñatōes z corruptōes in reb⁹ inferio  
 ribus. Cū ois etiā circulus in sphaera p̄ter zodiacū intelligat̄ sicut linea vel cir  
 cūferētia: solus zodiacus intelligit̄ vt superficies habēs in latitudine sua. 12.  
 gradus de cuiusmodi gradib⁹ iā locuti sum⁹. Vñ pꝛ qz quidā mētunt̄ ī astro  
 logia dicētes signa eē quadrata. signū em̄ habz .30. gradus in lōgitudine. 12.  
 vero in latitudine. nisi abutētes noie idē appellēt quadratū z quadrangulū  
 Linea aut̄ diuidēs zodiacū in circuitu ita qz ex vna pte sui relinquat .6. gra  
 dus z ex alia pte alios .6. dicit̄ linea ecliptica. qm̄ quādo sol z luna sūt linea  
 liter subilla / ꝛtigit eclipsis solis aut lune. quo aut̄ mō postea patebit. Dicit̄  
 etiā via solis eo qz sol semp̄ discurret sub ea oīs vero alii planete declinant

f.iiij

Secund⁹ ar  
ticulus.

Prima ꝛclo.

Scōa conclo

Tercia ꝛclo.

Quarta ꝛclo

Ad rationes  
questionis

Quid est zodi  
acus circulus  
Tria ei⁹ noia

Primum no  
men.

Noia ordo et  
nūer⁹ signoz

Scōz nomen

Diuisiones p  
tiū zodiaci

Tertiu nomē

Notabile

Co:relatiū.

Quid linee  
ecliptica



## Sphære mundi.

Que sunt si-  
gna septētrio-  
nalia et q̄ au-  
stralia.

Quatuor ac-  
ceptiones signi  
Prima  
Secunda

Tertia.

Quarta.

Officium cir-  
culi zodiaci.

vel versus septētrionē vel versus austrū in zodiaco quādoq̄ asit sūt sub illa  
 Pars vero zodiaci que declinat ab equinoctiali versus septentrionē dicit̄  
 septētrionalis/ arctica/ vel borealis. et sex signa eius que sunt a principio arie  
 tis vsq̄ in finē virginis dicūtur signa septētrionalia vel borealia. Alia pars  
 zodiaci que declinat ab equinoctiali versus meridiē dicit̄ meridionalis/ vel au-  
 stralis/ vel antarctica. et sex signa eius que sunt a principio libe vsq̄ in finē  
 pisciū dicūtur signa meridionalia vel australia. Sciendū autē q̄ hoc nomē  
 signū quadrupliciter sumitur. primo p̄ duodecima pte zodiaci: et hoc modo  
 cum dicitur q̄ in ariete est sol vel in alio signo hec p̄positio in sumit̄ p̄ sub.  
 In alia autē significatione dicitur signū pyramis quadrilatera cuius basis  
 est illa superficies quā primo appellauim⁹ signū vertex vero eius est in cētro  
 terre. et scđm hoc p̄prie loquendo possumus dicere planetas esse in signis.  
 Tercio modo dicit̄ signū vt intelligātur sex circuli trāseūtes sup polos zodi-  
 aci et per principia duodeci signorū in prima significatione. illi sex circuli di-  
 uidunt totā superficiē spheræ in duodecim ptes latas in medio arctiores vero  
 iuxta polos zodiaci et quelibz pars talis dicitur signū. et nomē habet speciale  
 a nomine illius signi quod intercipitur inter suas duas lineas. et secūdam  
 hanc acceptionē stelle que sunt iuxta polos dicūtur esse in signis. Item in-  
 telligatur corpus quoddam cuius basis sit signū secūdam q̄ nūc vltimo ac-  
 cepimus signū: acumen vero eius sit super axem zodiaci. tale igitur corpus  
 in quarta significatione dicitur signū. secundum quam acceptionem totus  
 mundus diuiditur in duodecim partes equales que dicūtur signa. et sic quic-  
 quid est in mundo est in aliquo signo.

¶ Hec est secunda particula huius prime partis de secundo circulo maiore scz de zodiaco et  
 primo de eius descriptione. Secundo de eius nominibus ibi. et dicitur. Tertio de ipsius q̄ti-  
 tate ibi. cum omnis etiam. Quarto agitur de multiplicitate huius nominis signū ibi. sciendū  
 autē. Descriptio zodiaci talis est. zodiacus est vnus circul⁹ maior taliter in spherā descrip-  
 tus q̄ intersecat circulum equinoctialem et intersecatur ab illo in duas medietates secundū  
 angulos impares et obliquos et vna zodiaci medietas deuiat ab equinoctiali versus polū sep-  
 tētrionalem. alia autē versus polū australem. ¶ Notandū q̄ sicut ymaginamur equinoctia-  
 lem in primo mobili ad habendā viam per quam fit motus diurnus: ita ymaginamur vnum  
 alium circulum in eodem primo mobili quem dicimus zodiacum ad cognoscendā viam mot⁹  
 proprii inferiorum spherarum qui fit ab occidente per meridiem in orientem sub illo zodi-  
 aco et super alios polos distantes a polis equinoctialis in partes oppositas. et axis eius in-  
 tersecat axem equinoctialis super centro mundi. vnde oportet q̄ etiā circulus illius motus  
 intersecet equinoctialem et ab eo in partes oppositas deuiet. de quāritate tamē maxime de  
 clinationis eius infra fiet mentio. ¶ Textus. Et dicit̄ iste. Ponit et declarat tria nomē huius  
 circuli. scđm ibi. iste vero circulus. tertiu ibi. ab Aristotele. Quantū ad primū nomen sic pro-  
 cedit qz primo declarat ipm. secūdo adiungit quoddā notabile ibi. nomē autē. Primū ergo no-  
 mē est zodiac⁹ q̄ duplici interpretat̄. primo a zoe qd̄ est vita quasi circul⁹ vite qz propter mot⁹  
 planetarum et octaue spheræ qui fiunt per istū circulū est ois generatio oisq̄ vita in corporib⁹  
 inferioribus vt phs sentit in pluribus locis. vnde medici virtutem vitalem dñt virtutem zodi-  
 acam. Scđo interpretatur zodiacus a zodion quod est aīal quasi circulus aīalū qz iste circu-  
 lus diuidit̄ ab astrologis in duodecim ptes equales que sunt duodecim signa et qd̄libet illoz fere  
 habet nomen alicuius aīalis. et hoc ppter alterā duarū causarū scz vel qz stelle existentes in  
 tali pte zodiaci habent virtutē et proprietatē similem proprietati illius aīalis terrestris a quo  
 denotatur. hoc est tales effectus faciūt in his inferiorib⁹ vel ad tales passiōes inclināt boies

5 zodiacus

de p̄mo p̄ 302. Gabr



## Capitulum secundum.

quibus dominatur ut forte infra apparebit. vel propterea quod stelle illius partis zodiaci sic sunt ordinate et compositae ut aliquod animal videatur configurare sicut manifeste apparet intuitibus signum cancri leonis et sagittarii ubi horum animalium figure apparent si diligenter aspiciantur. Et ibi nota autem ponitur notabile quod dixerat quod zodiacus dicitur circulus animalium: propterea quia partes eius principales (que sunt signa) habent nomina animalium. ideo declarat huiusmodi nomina duodecim signorum simul et ordinem atque numerum exponens. quod omnia plana sunt preter quatuor ultima nomina que metri necessitate sunt parum immutata sed sic comiter nominantur. Sagittarius capricornus aquarius pisces. Textus. Iste vero ponitur secundum nomen huius circuli et littera clara est. Et ibi quodlibet autem adiungit duo notabilia ad declarationem eius quod dixerat de diuisione zodiaci scilicet quod diuiditur in duodecim signa. Primum est quod iterum quodlibet signum diuiditur in 30. partes equales que dicuntur gradus et sic cum duodecim sint signa in toto zodiaco erunt 360. gradus. quilibet etiam gradus diuiditur in 60. partes equales que dicuntur minuta. quodlibet autem minutum diuiditur etiam in 60. secunda. quodlibet secundum in 60. tertia. et sic in infinitum per diuisionem sexagenariam semper procedendo. Astrologi tamen comiter non procedunt nisi usque ad decima. imo tabule Alphonsi que inter ceteras magis precise videntur non procedunt ultra septima. Secundum notabile ponitur ibi. et sicut. quod scilicet non solus zodiacus diuiditur sicut dictum est in signa gradus et alias fractiones sed etiam omnis circulus spheræ siue maior siue minor proportionabiliter in signa et gradus et alias fractiones diuiditur. verum tamen minoris circuli minora erunt signa et gradus quam maioris. Nec putandum est quod ceterorum circulorum signa habeant sic nomina distincta aut rationes nominum sicut signa zodiaci: neque etiam in illis unum signum potest quod aliud primum dici debet. vel ordo signorum ibi assignari debeat sicut in zodiaco nisi forte habito respectu ad motum illius circuli. quia signato aliquo principio ordo suarum partium secundum successionem motus deberet accipi. Tercium nomen huius circuli ponitur ibi. ab Aristotele. et est circulus obliquus quo nomine vocauit ipsum Aristoteles in secundo de generatione ad finem. et dicitur obliquus circulus propter eius situm in sphaera quia non equaliter distat a polis mundi in omnibus partibus sed una eius medietas multum appropinquat polo arctico alia vero polo antarctico. et propterea sol et alij planete qui per zodiacum mouentur dicuntur quando accedere quando recedere a nobis eo quod quando sunt sub medietate zodiaci que vergit ad nos quando autem sub opposita. Vel forte dicitur iste circulus obliquus quia equinoctialiter diuidit ad angulos obliquos ut etiam dicemus infra de ortu zontis obliquo. Textus. Cum omnis etiam. Determinat de zodiaci quantitate et quia de longitudine eius satis dictum est: ideo solum dicit de ipsius latitudine. et primo facit hoc. secundo determinat de zodiaci diuisione quo ad eius latitudinem ibi. linea autem. Quatum ad primum duo facit quod primo ostendit latitudinem zodiaci. secundo excludit falsam locutionem quorundam ibi. unde patet. Quantitatem zodiaci in latitudine demonstrat ponens distans eius ad alios circulos hoc modo: quia omnis alius circulus spheræ ymaginat in celo quedam linea circularis que dicitur circulus etiam nullam habens latitudinem sed solus zodiacus intelligitur una superficies curua duabus lineis circularibus et parallelis interclusa figure anularis vel tympanillæ cuius latitudo est duodecim graduum quod est una tricesima pars totius superficiei celi. Textus. Unde patet. Refellit falsam locutionem quorundam dicebant enim signa esse quadrata. sed ex dictis hoc manifeste apparet falsum. quadratum enim secundum geometras est figura quatuor laterum equalium. signum autem quodlibet duo latera opposita habet alio longiora quod dictum est signum habet 30. gradus in longitudine solum autem 12. in latitudine unde nullum signum est quadratum. Verum tamen posset dictum istorum habere bonum sensum si nomen speciei pro nomine generis acceperunt improprie et abusive. quadrangulus enim est genus quadrati nunc autem signum quadrangulare est unde si quadratum pro quadrangulo accipiunt verum dicunt. Textus. Linea autem dicit de diuisione zodiaci secundum latitudinem. et primo per lineam eclipticam secundo per equinoctialem ibi pars vero. Circa primum duo facit primo ponit dictam diuisionem zodiaci per eclipticam lineam secundo ostendit utilitates illius diuisionis ibi quoniam quando sol. zodiacus ergo diuiditur secundum latitudinem hoc modo pertrahatur una linea circularis per medium et secundum longitudinem zodiaci parallela aliis duabus que zodiacum terminant talis si quidem linea diuidit latitudinem zodiaci in duas medietates. quarum quilibet habet sex gradus. Unde hoc modo zodiacus diuiditur in duos circulos. quorum quilibet

Quadratum

Quadrangulus



## Sphere mundi.

est medietas eius. Hec vero linea diuidēs duo habet noīa p que due huius diuisionis utilitates significant. Primū nomē ei⁹ est linea ecliptica et declarat ibi. quoniam. qz nūq̄ sol aut luna eclipsari possūt naturaliter nisi tpe eclipsis vterq̄ eoz sit sub ista linea zodiaci. quomō tamē fiāt eclipses solis aut lune infra q̄rto caplo apparebit. Hec igit̄ est p̄ma utilitas ymaginandi fiāt eclipses solis aut lune infra q̄rto caplo apparebit. Hec igit̄ est p̄ma utilitas ymaginandi p̄dictā lineā q̄ diuidit zodiacū quia scz ad cognoscēdas eclipses. Qd̄ aut̄ dī i textu. linealiter. est sic intelligēdū q̄ hora eclipsis sol 7 luna taliter se habēt: q̄ si p̄traheret vna linea dyametralis ab vna pte ecliptice zodiaci p cētrū terre vsq̄ ad oppositā ptē: hec linea vel dyametralis t̄geret corp⁹ solis 7 corp⁹ lune simul ideo sol 7 luna dicunt̄ esse tunc linealiter sub ecliptica id est in eadē linea vel dyametro. ¶ Text⁹. Dicit̄ etiā. Ponit scōz nomē hui⁹ linee scz via solidis eo q̄ licet oēs planete moueant̄ sub zodiaco: sol tñ sēp decurrit sub ista linea nūq̄ ab ea deuīas. oēs vō alii sex planete q̄nq̄z deuīat̄ ab ea vel sub medietate septētrionalis zodiaci vel sub medietate australi 7 q̄nq̄z sunt sub hac linea. Et hec est scōda utilitas hui⁹ linee: scz cognoscere viā motus solis 7 alioz planetaz sub zodiaco ¶ Notādū q̄ duplici accipiunt̄ medietates zodiaci septētrionalis 7 australis. vnomō scōz diuisionē linee ecliptice q̄ diuidit zodiacū i duos circulos ptiales vt dixim⁹: quoz ille q̄ est int̄ eclipticā 7 polū septētrionalē dī medietas septētrionalis. alter vō q̄ est int̄ eadē eclipticā 7 polū australe dī medietas australis zodiaci. et hoc mō intelligit̄ text⁹ cū dicit̄ sex planetas deuīare ab ecliptica vel versus septētrionē vel versus austrū. Scōdo mō accipiunt̄ medietates zodiaci scōz diuisionē eq̄noctialis circuli. q̄ vt dixim⁹ int̄secat zodiacū in duas medietates 7 hoc mō accipit̄ text⁹ sequēs. ¶ Text⁹. Pars vero. Dicit̄ de diuisionē zodiaci p̄ circulū eq̄noctialē quo diuidit̄ zodiac⁹ nō in duos circulos s̄z in duos semicirculos. quoz ille q̄ est int̄ eq̄noctialē 7 polū arcticū: dī medietas zodiaci septētrionalis/arctica/vel borealis. 7 etiā sex signa eius scz a principio arietis vsq̄ in finē virginis dicunt̄ signa septētrionalia vel borealia. Alius vō semicircul⁹ zodiaci q̄ est int̄ eq̄noctialē et polum antarcticū: dī medietas meridionalia/vel australis. et sex signa ei⁹ scz a principio libe vsq̄ in finē pisciū dicunt̄ signa meridionalia vel australia. ¶ Notādū q̄ deuīatio planetaz a linea ecliptica ad duas medietates zodiaci p̄momō sūptas dī latitudo planetaz. s̄z deuīatio eoz iudē a circulo eq̄noctiali ad duas medietates zodiaci scōdo modo acceptas dicit̄ declinatio planetaz. quomodo tñ cognoscant̄ hec latitudines 7 declinationes in quarto caplo videbit̄. ¶ Text⁹. Sciēdū aut̄. Ponit q̄tuor significatiōes hui⁹ noīs signū. scōda ibi. in alia. tertia ibi. tercio mō. q̄rta ibi. itē intelligat̄. prima significatio talis est signū p̄momō dī vna duodecima ps superficie zodiaci. 7 qz zodiac⁹ ad quē dirigunt̄ p̄putatiōes astrologoz est in octaua sphaera vel in p̄mo mobili nō aut̄ in sphaeris planetaz: ideo cū dicim⁹ sol vel ali⁹ planeta est in ariete aut̄ in alio signo intelligim⁹ id est sub eo. loquēdo de signo hoc p̄mo mō qz vt dictū est oēs planete mouēt̄ sub zodiaco. ¶ Tertus. In alia. Scōdo mō accipit̄ signū pro corpore quadrilatero pyramidalis cuius basis est illa superficies que dicit̄ signū in prima significatiōe. angulus autē eius qui dicit̄ vertex est in centro terre. 7 hoc modo signū dicit̄ quicquid est sub signo zodiaci vsq̄ ad cētrum terre tam in celis q̄ in elementis. et hoc modo possumus dicere proprie loquendo planetas esse in signis. continēt̄ em̄ semper intra aliquam illaz duodecim pyramidum. verūtamen astrologi cum dicunt̄ planetas esse in signis in primo sensu comuniter accipiunt̄ nō in hoc secundo sensu neq̄ in aliis. ¶ Notādū q̄ dicta pyramis que dicit̄ signū secūdo modo sic potest ymaginari. dictum est q̄ signū in prima significatiōe est quadrangulare. a quolibet ergo eius angulo vsq̄ ad cētrum terre p̄trahatur linea recta. cum igit̄ linee sint quatuor: erunt etiā superficies laterales dicte pyramidis quatuor et p̄ter eas erit alia quinta que dicit̄ basis scz signū in prima significatiōe. 7 huius instar videre poterim⁹ si quadrangulārē portiūculam casei vel pomi in profundū absindam⁹. ¶ Text⁹. Tercio mō. Tercia acceptio signi est p̄ superficie celi etiā sicut̄ p̄ma. p̄ cui⁹ intellectōe p̄trahant̄ sex circuli magni ab vno polo zodiaci vsq̄ ad alterum per principia duodecim signozum acceptozum in prima significatiōe. verbigratia prim⁹ circulus sit per principium arietis 7 libe/ secundus per principium tauri 7 scorpionis/ 7 sic de aliis. Isti sex circuli diuidūt̄ totam superficiem celi in duodecim partes equales oblongas ab vno polo vsq̄ ad alium latas in medio vbi est zodiacus: sed angustas iuxta polos zodiaci. quia quilibet istorum circulozum tangit̄ zodiacum

Duplices sūt medietates zodiaci.

Declinatio et latitudo planetarum



### Capitulum secundum.

ex utraque parte et ideo licet non sint circuli nisi sex: diuidunt tamen celum in duodecim portiones iam dictas. quolibet igitur talis pars superficiei celi dicitur signum tertio modo. et denominatur vnaqueque earum ab illo signo zodiaci quod est in ea. ut puta illa que transit per arietem dicitur aries et sic de aliis. Et secundum hanc significationem accipiendum signum stelle fixe que sunt circa polos dicuntur esse in signis. Et hoc modo vti rex Alphonsus et ceteri astrologi signis in tabulis stellarum fixarum ubi earum longitudes et latitudes numerant. ¶ Textus. Item intelligatur. Quarta acceptio signi se habet ad tertiam sicut secunda ad primam. dicit enim signum quarto modo quicquid est sub signo tertio modo usque ad centrum mundi et arcum zodiaci. et sic accipiendum signum erit quodam corpus trium superficierum habens acumen sicut gladius ex vna parte: ex alia vero parte erit basis eius illa superficies que dicitur signum tertio modo. due vero superficies laterales erunt recte sed ad concursum venientes super arcum zodiaci ubi intelligitur esse acumen huius corporis. Et simile corpus videbimus si in pomo abscindatur vna portio ab vno polo eius usque ad alterum in profundum. Et hoc modo accipiendum signum totus mundus diuiditur in duodecim signa et quicquid est in mundo est in aliquo signo. sed hac significatione vix aut nunquam vti astrologi ¶ Circa predicta de nominibus et ordine signorum de quantitate et diuisione zodiaci occurrunt quinque dubitationes. Prima est quare potius zodiacum astrologi in duodecim signa quam in aliquo alio numero diuidunt. et etiam quare quolibet signum in triginta gradus et quolibet gradum in 60. minuta et cetera. Secunda dubitatio quare potius initium zodiaci est in ariete quam in alio signo: cum tamen zodiacus sit circulus principio et fine carens. Tercia que est ratio impositionis nominum horum duodecim signorum. hoc est que talis pars zodiaci vocatur aries/ alia taurus/ et sic de ceteris. Quarta que sunt nature et proprietates signorum. Quinta quas habitudines habent planete ad signa zodiaci. ¶ Ad primam questionem dicitur quod numerus et ordo signorum conuenienter est assignatus in textu. Pro cuius euidencia supponendum est id quod paulo ante diximus: scilicet quod zodiacus ad cognoscendam viam motus planetarum ab occidente descriptus est in celo. planetarum autem notissimus est sol. numerus igitur partium zodiaci conuenienter ex motu solis sub eo acceptus est. sol autem in anno totum zodiacum percurrit: et sic ex differentiis notabilibus que in temporibus anni propter solis accessum et recessum apparent: differentes partes zodiaci (que sunt solis mansiones) argui possunt. In anno autem quatuor temporum differentie notabiles (ver scilicet/ estas/ autumnus/ et hyems) in suis complexionibus diuersis apparent. quia ver humidum et calidum est. estas calida et sicca. autumnus siccus et frigidus. hyems autem frigida et humida ut omnes tam philosophi quam medici dicunt. oportet igitur zodiacum sub quo sol mouetur primo in quatuor quartas correspondentes predictis quatuor temporibus anni diuidi. In quolibet autem horum quatuor temporum tres etiam notabiles differentie apparent. quia principium/ medium/ et finis cuiuslibet eorum non omnino eiusdem sunt complexionis. ut puta ver licet humidum et calidum sit: non tamen quolibet eius pars in eodem gradu. quia principium veris propter vicinitatem preterite hyemis magis humidum est quam calidum. medium autem eius temperate humidum et calidum est. finis vero propter primam estatem minus humidus et magis calidus est. Similiter principium estatis magis calidum est quam siccum. medium vero equaliter calidum et siccum. finis autem minus calidus et magis siccus. Et eodem modo distinguere oportet in aliis duobus temporibus. semper enim cuiuslibet temporis extrema viciniorum temporum complexionibus participant. medium autem purum et sincerum in propria temporis qualitate permanet. Quolibet igitur zodiaci quartam oportet iterum in tres alias partes diuidi: que sunt tres solis mansiones in tribus partibus cuiuslibet horum quatuor temporum. quia igitur ter quatuor sunt duodecim: ideo partes principales zodiaci que dicuntur signa sunt duodecim. ¶ Et quia sol sub quo libet signo fere triginta diebus moratur: ideo quolibet signum fuit iterum in triginta partes equales (quas gradus dicimus) diuisum. et quia numerum triginta dierum fere mensem appellamus: ideo duodecim partem menses in anno sicut duodecim signa in zodiaco. et sic totus zodiacus correspondet toti anno. et vna quarta zodiaci vni dictorum quatuor temporum anni. et vnum signum vni mense secundum motum solis computando ¶ Cur autem quilibet gradus diuidatur in 60. minuta ex diuisione diei naturalis oportet accipere. ubi notandum est quod dies naturalis a diuersis diuersi modo mensuratur et diuiditur. vulgares enim horas equinoctiales (que solum sunt viginti quatuor) in gentio horologiorum die diuidunt. Temporum autem et constellationum obseruatores diem naturale in viginti quatuor horas non equinoctiales aut equales: sed temporales vel inequales (quas horas zodiaci dicunt: et dominio planetarum di-

Quinque notabiles questiones.

Ad primam de numero signorum

Quatuor anni tempora

Quare quolibet signum habet 30. gradus

Quare quilibet gradus habet 60. minuta

*quod si per partem...*



## Sphere mundi.

tribuit) diuidit. Sed astrologi tabulares q̄ multas motū z tēporū proportōes considerāe diē naturalē in .60. ptes equales (que minuta diēz vocam⁹) distribuūt. hic em̄ n̄ser⁹ sc̄z sexagenarius ceteris oib⁹ antēipm p̄tib⁹ aliquotis abundantior est. eo q̄ medietatē/terciā/quartā/quintā/sextā/decimā/duodecimā/quadecimā/vicecimā/z tricesimā ptes aliquotas habet: q̄ i nullo alioz n̄seroz antēipm reperibile est. multitudo autē aliquotaz p̄tib⁹ p̄portionib⁹ exercēdis accomodatissima est. Gradus igit̄ oīs (qui est māsis solis in diē naturali) conuenienter ab astrologis in .60. ptes equales (que sunt minuta zodiaci) diuidit. eadē quoq̄ rōne quodlibet minutū in sexaginta sc̄da/z quodlibet sc̄dm .60. terciā z sic de ceteris fractionibus diuidunt. Eadem rōne etiā p̄suasus rex Alphonus in tabulis suis totū zodiacū in sex signa/z quodlibet signū in .60. gradus diuisit: propter dictā sc̄z numeri sexagenarij perfectionem. z nō modo in continuis positōnē habēribus sed etiā in successiuis z tēporibus eūdem modum seruauit: z diuidendo z colligendo semper per .60. nam ex sexaginta diebus colligit vnū tempus quod vocat secundū. z ex .60. secundis vnū terciū. z ex .60. terciis vnū quartū. z cetera colligendo procedit. similiter horā in .60. minuta diuidit. quodlibet minutū in .60. secūda. z sic per infinitū. ¶ Ad secundā questionē respondet Ptholemeus in prima pte quadripartiti q̄ initū zodiaci cōuenienter ponit in ariete. Et ratio sua breuiter sic colligit. zodiacus vt dictū est diuidit sc̄z diuisiōnē tēporū notabilū in āno. inter q̄tuor autē dicta tēp̄mū est ver: q̄ q̄rta illa zodiaci in qua tūc sol mouet (que est a p̄ncipio arietis vsq̄ in finē geminorū) erit prima q̄rta zodiaci. minor p̄bat q̄ p̄plexio veris aialū z vegetabiliū p̄plexionib⁹ in p̄ma etate assimilāt. s̄z p̄plexio estatis p̄plexioni eorū dē in sc̄da etate. p̄plexio autē p̄ni p̄plexioni terciē etatis. z cōplexio hyemis vltimē etati similes sunt (totā em̄ cuius rei vite periodū Ptholemeus quadrifariā diuidit) ver igit̄ primū erit quatuor tēporū āni. estas sc̄dm. autē p̄nus terciū. hyemis vō q̄rtū et vltimū. tenet q̄n̄ia q̄ minoris mūdi. i. hoīs z maioris mūdi periodos p̄portionabiliter diuidere oportet. periodus autē mūdi d̄f ānus solaris. antecedēs p̄bat q̄ oīs viuētū p̄ma etas hūidior existit z aliquātulū calida: q̄ plantularū z puuloz aialū atq̄ pueroz tenera mollis cū ostēdit. pueri em̄ p̄pter hūiditatū multitudinē loq̄ aut ābulare nequeūt. Unde Ptholemeus in finali cap̄lo quadripartiti p̄mā hoīs etatē lune gubernamēto attribuit que hūiditatū mater est. In sc̄da autem etate calor naturalis incipit conualescere et ideo illa etas calida est. In terciā vero etate propter nimiam caloris actionem siccitas vigeat. In quarta et vltima calor defecit et frigiditas vincit. Complexio igit̄ veris iniali viuētium complexioni similis est. et sic āni p̄ncipiū i vere sumēdū est. et q̄ q̄n̄ ver incipit (sc̄z i mēse marci) sol est i signo arietis: ideo aries ē p̄mū signū quarte vernalis et p̄ q̄n̄s loci zodiaci. vnde exodi duodecimo dicit dominus mēsis iste erit vobis primus in mēsis āni. taurus autē erit secundum signum: q̄ ibi est sol ad medium veris. gemini vero tertium erit signum: quia ibi est sol in fine veris. Quarta estiuālis zodiaci que est a p̄ncipio cancri vsq̄ in finem virginis erit secūda. q̄rta autē tūp̄nalis a p̄ncipio libe vsq̄ i finē sagittarij erit terciā. z quarta hyemalis a p̄ncipio cap̄corū vsq̄ i finē piscū erit vltima. z in qualibet eazū signa ordinātur sc̄z ratiōnē p̄ncipiū medij finis. posset tamen dici q̄ aries est primū signum quia opinione pluriū in hoc signo creatus est sol et ab hoc incepit moueri. licet alii in leone/alii in libra dicant solem fuisse creatū. ¶ Ad terciā dubitationem dicendum q̄ dimissis poetarum fabulis et fictionibus (quas igit̄ z multi alii recitant et interpretantur: quia vt supra diximus nō oīno friuole sūt reputande) triplex potest assignari ratio phisica et naturalis predictorū nominum duodeci signorū. non quidē q̄ cuiuslibet noīs tres assignemus rōes: quia in aliquo vna dūtaxat. in aliquo vero duab⁹ erimus contenti. sed quia omnīū istoz nominū tribus viis rōes assignamus. p̄ma et p̄cipua via ex effectibus solis et lune in singulis signis accipitur. secūda ex stellarum dispositōib⁹ et cōfiguratiōib⁹. terciā ex p̄peratib⁹ et passionib⁹ hominū z ceterozū aialū q̄ hoz signorū influentias et virtutes recipiunt. Aries igit̄ primū signū ideo sic dictum est quia (vt gregum custodes referūt) aial aries toto autūpni z hyemis tēp̄ lateri sinistro ad calozē cordis z ep̄atis conseruandum dormiturus accumbit. ne sc̄z ab iminētī frigore calor naturalis extingāt. in vere autē et estate super latus dextrum recumbens se conuertit ne caloris intranei excessum patiatur. sic etiā sol autūpno et hyeme in signis australibus (que sūt velut latus sinistrum

Alphonus rex

Ad sc̄da que stionē de ordi ne signozum. P̄ncipiū an ni est ver.

Ad terciā q̄ stionē de noībus signoz

P̄mū signū



### Capitulum secundum.

zodiaci) comoratus: cum ad hoc signū puenit in principio veris (quod est vt dixim⁹ vndeci-  
 mo die marcij) ad aliud latus zodiaci dextrū que sunt signa septentrionalia vergit atq; reuol-  
 uitur. Luna item cū in hoc signo est caput hoīs respicit vt rā astrologi q; medici exprimēto vul-  
 nerum mōstrant. z quia aīal aries/maius robur habet in capite q; in aliis mēbris: ideo ad si-  
 gnificandū caput/hoc signū arietē dixerūt. memorari em̄ volētes ydola sibi fingūt vt Aristo-  
 teles dicit in scōo de aīa: z Tullius in sua rethorica. Uel dicit hoc signū aries q; hui⁹ stella-  
 tiōis hoīs aut in corporis figura aut in passionib⁹ aliquomō illi aīali assimilant. vidimus em̄  
 2pluries/hui⁹ signi hoīs capite malleari/spissis crinibus admodū velleris/z supra frontem  
 eleuatis/quasi capite certarent vel pugnarent sicut arietes. Eclipses etiam luminariū in hoc  
 signo cōtingētes manifestū effectū in arietibus z gregibus ostēdūt. q; vt Ptholemeus in q̄t  
 propositōe noua centiloquiū/vultus terreitres vultib⁹ celestibus subiciūtur. vt leo terrestris  
 leoni celesti subiectus est/ z scorpius scorpionī/ z similiter aries arietī. ¶ Scōz signū dicitur  
 taurus/co q; cū sol ad ipm̄ peruenit (quod est fere vndecimo die aprilis) labores boum z tau-  
 roz apparere incipiūt. tunc em̄ sata pululant. vnde etiam mensis ille aprilis dictus est quia  
 tunc terra quasi a plantis z terre nascentibus aperitur. Cum etiam luna est in hoc signo:  
 collum hominis tuetur vt experientia medicorū docet. taurus aut in collo ceteris aīalib⁹ vi-  
 gorosius est/ideo ad collum significandū hoc signū dixerūt taurū. Aut forte propter stellaz  
 figuratiōē. cornua em̄ quedā stellifera iuxta pleiadas (que etiā sunt admodū capitis) mani-  
 festa apparēt. atq; pedē tauri extēsum de quo Lucanus libro tertio meminī) necnō z stellas  
 sectiois tauri (quia nō integer sed per mediū diuisus pingit taurus) in serenitate noctis vt-  
 dere promptū est. Aut forte hoc signū taurus dicit q; eius stellatiōis hoīs tauri proprie-  
 tates vidētur habere. oculis em̄ magnis/barbaq; rotūda/z collo grosso/s; breui/z comesto-  
 res sunt ¶ Tercū signū dicitur gemini/z pingit duplex homo: q; cum sol intrat hoc signum  
 (quod est duodecima die maij) tuuc terre nascētia geminari incipiunt/et crescere/seseq; per  
 radices amplectuntur. propter quod isti duo iuuenes amplectentes sese pingūtur. Cum au-  
 tem luna est in hoc signo/brachis z manib⁹ hominis dīatur q; hij duo homines brachis luc-  
 tantes significant. Aut dicitur gemini quia in illa pte celi sunt bis tres stelle notabiles scōm  
 ordinē posite que galice dicūtur: les deux bourdons saint Jacques. hyspanice vero dicūtur  
 los asfiletos. Aut forte dicit hoc signū gemini quia sub hoc sydere nati callidi/bifrōtes/z du-  
 plicis animi natura sunt. ¶ Quartū signū dicitur cancer: q; sicut cancer est aīal retrogradū ita  
 sol qn̄ istud signū intrat (quod fit terciadecima die iunij) incipit recedere a nobis cū ante ac-  
 cederet ad nos/z ideo vidēt retrocedere. vñ hoc signū dicit tropicū id est pueriuū aut solsti-  
 ciale vt infra videbit. Luna etiā in hoc signo exns pectus hoīs re spicit q; p cancrū qui supra  
 pectus ābulat satis significatur. Dispositio quoq; stellaz figure hui⁹ aīalis vidēt assimilari.  
 eo q; tres stelle ex vtroq; latere q̄si brachis cācri apparēt. Hoīs aut hui⁹ stellatiōis breues  
 sed lati pectore sicut cancri existunt. ¶ Quintū signū dicitur leo q; sicut hoc est aīal ardentissi-  
 me nature/z implacabilis ire: ita sol existēs i illa pte celi (quā intrat quartadecima die iulij)  
 vigent magni calozes ita vt sol videatur furere. tunc em̄ sunt dies caniculares: eo q; sol pro-  
 pe stellam que dicitur arabice alhaboz/latine vero canis maior illis diebns reperiatur. nō ta-  
 men omnes dies caniculares dicuntur eo q; sol prope illam stellam sit sed quia vigent magni  
 calozes. z in talibus diebus non est bonū farmacia aut flebotomia vti iuxta p̄siliū Jpocratis  
 sub cane z ante canē moleste sunt farmacie. Et item sicut leo est animal sepius febricitās sic  
 dum sol est in hoc signo multe febres in hoībns generātur pre calozis excessu qui coleram ad  
 auget. Item cum luna in hoc signo fuerit cor hominis atq; dorsum tuetur. q; per leonem alti-  
 cordis animal optime cōmemoramus. Uel dicitur hoc signum leo quia homines sub eo nati  
 eti cordis/z ad magna suspirantes/honores/dignitates/z dominia/procurantes apparēt:  
 sicut z leo quod animal superbū est z ceteris bestiis dominari presūmit. facies etiam taliū  
 hominū facies leonine apparēt. Stelle quoq; in illa pte celi si recte intuetur figuram leonis  
 representant. ¶ Sextum signum dicitur virgo quia sicut virgo femina sterilis est: ita terra  
 redditur sterilis/et nullum fructum iam producit/ sed producti macerantur quando sol hoc  
 signum intrat sc; quartadecima die augusti. Luna in hoc signo ventrem humanum respicit:

II. marcij.

Caput.

Scōm signū.  
II. aprilis.

Collum

Tercū signū  
12. maij

Brachia.

Quartum si-  
13. iunij

Pectus.

Quintū signū  
14. iulij

Dorsū et cor.

Sextū signū  
14. augusti.  
Venter

*Handwritten note:* Luna in hoc signo ventrem humanum respicit



## Sphære mundi.

